ſchlechten Leinſaamens unter dem Namen von Säh= oder Flachs=Saamen, ſowie deſſen Einführung in's Hochſtift Münſter, wird, bei Vermeidung willkührlicher ſcharfer Ahndung, verboten.

---

384. Auguſtusburg den 5. Juni 1754. (A. 7. b. Münzen bei Kaſſenzahlungen.)

Clement Auguſt, Erzbiſchof zu Cöln, Biſchof zu Münſter ꝛc.

Bemerk. Unterm 1. Juli 1757 (A. 7. b.) iſt die Annahme der franzöſiſchen Schildlouisdor zu 6 Rthlr., der alten Louisdor zu 5 Rthlr., der Dukaten zu 2¾ Rthlr., und der Lorber= u. Kronenthaler zu 1½ Rthlr. münſterſch, bei Schatzzahlungen der Unterthanen geſtattet worden.

---

385. Bonn den 13. Juli 1754. (A. 7. b. Hauſir=Handel.)

Clement Auguſt, Erzbiſchof zu Cöln, Biſchof zu Münſter ꝛc.

Auf den Antrag der hochſtift=münſterſchen Landſtände wird den fremden umherziehenden Krämern aller Hauſir-Handel, bei Strafe der Confiskation ihrer Waaren, verboten und ihnen die Feilbietung der Letztern nur auf den öffentlichen Jahrmärkten geſtattet.

---

386. Münſter den 4. September 1754 (A. 7. b. Hoſpital zu Münſter.)

Landesherrlicher Statthalter und General-Vikar.

(Unter landesh. Titulatur.)

Anordnung einer kirchlichen Feierlichkeit, gelegentlich der am 8. d. M. ſtattfindenden Einweihung des, den Ordensgeiſtlichen des h. Joannis de Deo, oder barmherzigen Brüdern übergebenen neuen Hoſpitales zu Münſter, und der gleichzeitig ſtattfindenden Einführung der darin aufzunehmenden Hoſpitaliten.

387. München den 20. Februar 1755. (A. 7. b. Jagd- und Fiſcherei-Frevel.)

Clement Auguſt, Erzbiſchof zu Cöln, Biſchof zu Münſter ꝛc.

Unter Erneuerung der frühern gegen Jagd= und Fiſcherei=Frevel im Hochſtift Münſter gerichteten Verordnungen, wird es ſämmtlichen Voigten, Führern, Frohnen, Jägern und Forſtbedienten zur ſtrengſten Pflicht gemacht, alle auf unberechtigter Jagd= und Fiſcherei=Ausübung oder auf unbefugtem Krebsfang ertappte Contravenienten, nach Abnahme ihrer Jagd= und Fiſcherei=Geräthe, auch Tödtung ihrer Hunde, — die Civilperſonen den landesherrlichen Beamten, behufs Verhängung einer angemeſſenen Geld= oder verhältnißmäßiger Zuchthausſtrafe, die Militairperſonen aber dem Landesherrn oder der Generalität, zu ernſtlicher Beſtrafung zu denunciiren.

Bemerk. Durch Verordnung des sede vac. regierenden Domkapitels zu Münſter vom 7. Juni 1761 (A. 7. b.) ſind die obigen Beſtimmungen, mit wiederholter beſonderer Anwendung auf Contravenienten aus dem ſtiftiſchen Militairſtande, erneuert worden.

Conf. auch C. A. Schlüters Provinzial=Recht der Provinz Weſtphalen (Leipzig 1829) Bd. I. p. 223 und 224.

---

388. Münſter den 18. December 1755. (B. 3. b. Eheſtreitigkeiten.)

Der biſchöfliche Offizial.

Verkündigung des nachfolgenden, im hochſtift=münſterſchen Offizialat=Gerichte zu Münſter heute publizirten und daſelbſt an der Kathedralkirche und an den Collegiatkirchen affigirten Ediktes: „de rescindendis propter causas „sponsalibus.“

Clemens Augustus etc. etc. Officiali curiae episcopalis monasteriensis, ceterisque per dioecesin monasteriensem fori contentiosi judicibus ecclesiasticis salutem et episcopalem benedictionem.

Gravis illa fuit delatio, quae nobis ex archi-dioecesi nostra fiebat sub finem anni praeteriti, quoad

Quelle: Internet-Portal "Westfälische Geschichte" / http://www.westfaelische-geschichte.de/lit608

matrimonii sponsalia contrahenda, quoad nempe ab incauta utriusque sexus juventute passim clam, saepe in choreis ac tripudiis, concurrente ut plurimum seductione impuri amoris aestus et quandoque ebrietatis, contraherentur, quo etiam fieret, ut, quod ita temere colligatum fuit abinde de facili poenitentiam, dispendiosas lites, partium ac familiarum inimicitias et ruinas, ut reliqua non minora scandala taceantur, generare soleat; propter quae humillime rogati fuimus, ad legem subditis nostris ferendam, vi cujus sponsalia imposterum, quae fuerint clam, subinde absque interventu parentum, sive eorum, qui parentum loco habentur, contracta pro illegitimis, proindeque nullis haberentur. Nos, consideratione facta, quod sic ageretur de super addenda sponsalium contractui nullitate quadam, quae ecclesiastico jure communi haud exprimitur, adeoque coarctanda contrahentium libertate, ubi ab Ecclesiae communi lege haud coarctatur, nedum autoritate propria pro subditis nostris istiusmodi legem ferre volebamus, ad SSm. D. N. Papam, caput universalis ecclesiae rem detulimus, ac recursum habuimus petendo: ut, sin animum inducere vellet sua sanctitas percellere nullitatis poena clam contracta sponsalia per universam ecclesiam pro nostris saltem Dioecesibus apostolicae autoritatis plenitudine hanc normam providere dignaretur. Sed in responso brevi ad nos dato die 19. Julii nuperi eadem sanctitas sua imo nobis est autor, ut a tali lege ferenda abstineamus, quod, ut inquit, cum sponsalia, ut obligent, de jure hactenus servato haud requirant sive ullam probationis solemnitatem, sive ullam personarum contrahentium extrinsecam habilitationem, super addere nunc illis qualemcunque nullitatem, praeter praescriptas a jure communi, hoc demum foret sui deque vertere hucusque servatam disciplinam. Intuitum nihilominus abusuum, quos exponebamus, gravissimorum, quae ex clam ac temere contractis sponsalibus promanant, sua sanctitas unicum expediens nobis suggerere dignatur, cujus potissima pars ad officium judicis vestrum spectat, ac idcirco tenoris ejus summarium devotionibus vestris pro uniuscujusque debita in judicando directione, communicandum censemus. Et quidem notat sanctitas sua catholicae ecclesiae episcopos nunquam

non clandestinitatem in sponsalibus aeque, ac in matrimoniis, detestatos fuisse, ut ex conciliis numero pluribus, signanter coloniensibus nostratibus de anno 1536 sub Archi-Episcopo Hermanno Cap. 43 et de anno 1549 sub Archi-Episcopo Adolpho Cap. 31 colligitur; tametsi vero sic graves abusus ex sponsalium clandestinitate provenientes ab ecclesiae praelatis dudum agniti fuerint, ipsam catholicam ecclesiam haud propterea aeque censuisse annullanda sponsalia, qua clandestina, ac censuerit ex hoc capite tandem annullanda matrimonia, quin, cum sponsalia sint actus, qui de facili ante matrimonii celebrationem maturantur, sed et ex multis causis rescindi possint, abusibus quibusvis sufficiens remedium existimavit illud, quo arbitrio judicis remittitur decernendum: utrumne ineffectuata remanere debeant secundum varias casuum circumstantias, quae in uno, prae alio, militant pro ineffectuatione validiores. Jure merito ecclesiam voluisse matrimonia contrahi in facie ecclesiae, ita ut clam contracta nulla reputaret, quod matrimonium secum ferat indissolubile vinculum, ideoque de se sit cautius contrahendum; sponsalia tametsi merus contractus dicantur, ex quo credi posset, quemvis legislatorem posse adjungere ad eorum validitatem quaevis visa opportuna, cum tamen etiam a S. Thoma nominentur sacramentalia matrimonii ejusque inchoatio, hinc non ita facile arbitrium legislatoris extendi posse, ut nulla ea reddat adjectione extrinsecatum solemnitatum. Re proinde ultro citroque perpensa idem SSmus D. N. censuit a nobis haud deveniendum ad legem ferendam nullitatis ex praeciso capite clandestinitatis, sed adversus graves abusus saepe saepius ex clandestinis sponsalibus sub orientes sufficiens remedium existimat repositum in vestri, judicis, officii debita administratione, si nempe in casibus particularibus cum aliquali rigore processeritis. Ponit enim beatissimus Pater, posse vos absque multa haesitatione dissolvere sponsaliorum ligamen, quoties filii filiaeque familias, praesertim minores sese obligaverint ad sponsalia talibus in circumstantiis, ut parentes eorum sive tutores rationabiliter sese illis opponant, perque sponsalium effectuationem nasci possent gravia scandala, familiarum inimicitiae ac disturbia, sed et una partium contrahentium a con-

Quelle: Internet-Portal "Westfälische Geschichte" / http://www.westfaelische-geschichte.de/lit608

tractu recedere intendit, dummodo tamen sive post datam promissionem, sive ante illam, sub illiusque fide, haud fuerit secuta copula carnalis, siquidem tali casu sponsalia dari effectui debebunt, adhibitis etiam validissimis remediis per SS. Canones subministratis. Quod si vero ambo contrahentes ad sponsalium effectuationem insisterent, non obstante parentum sive tutorum suorum contradictione, renuntiando cuivis proprio praejudicio, tali casu non erit vobis prohibitum contrahentes experiri per aliquod tempus aut in carcere discreto, aut alia simili poena personarum qualitati proportionata. Insuper de mente ejusdem sanctissimi D. N. possunt etiam quandoque a vobis sponsalia rescindi, si constiterit, quod alter sponsorum ad ea contrahendum abreptus fuisset tali amoris vehementia, alteriusve passionis, quae, concurrente seductione, alterave circumstantia, suadere posset, non adfuisse in consensu sufficientem deliberationem, uti etiam si dictus consensus praestitus fuisset tempore ebrietatis, quae tamen sit talis, ut per eam tollatur usus rectae rationis. Quamvis in his duobus casibus, passionis scilicet et ebrietatis, idem Beatissimus Pater consultum velit, ut a judice valde circumspecte procedatur, eo quod non sit ita facile, ut una alterave in eo sit gradu, qui requiritur, ad hoc ut dici possit, non intervenisse sufficiens judicium, ad contrahendam obligationem, cum attamen hoc non sit de plane impossibilibus, sanctitas sua statuit, et nonnullam attentionem mereri. Demum ad ejusdem sanctitatis suae mentem, nobis hic expressam, quamque nos in particulari pro lege veneramur, quotiescunque sine concursu copulae, ipsis sponsalibus contradicere, continget sponsorum parentes sive tutores, utque una contrahentium partium a contractu recedere intendet, haud vos eritis ad decernendam rescissionem multum difficiles. Haec ad directionem vestram in judicio ferendo vobis nota esse voluimus. Datum Bononiae die **16. Sept. 1755.**

Clemens Augustus (L. S.)
elector.

Bambeyer. mp.

Episcopale monitum pro curiae episcopalis monasteriensis officiali, caeterisque fori contentiosi judicibus ecclesiasticis, de directione habenda in judiciis sponsalium in contradictorio versantium.

389. Auf dem Main-Strom zwiſchen Hanau u. Frankfurt den 30. December 1755. (A. 7. b. Waaſen-Ordnung.)

Clement Auguſt, Erzbiſchof zu Cöln, Biſchof zu Münſter ꝛc.

Im Hochſtifte Münſter ſoll folgende Waaſen-Ordnung und Taxe von Nachrichtern und Abdeckern beachtet und deren Ueberſchreitung mit Rückgabe des zu viel Erhobenen an die Unterthanen und Erlegung von 10 Goldg. Strafe belegt werden.

„**1mo.** Wann ein Ochs, Kuh oder Pferd in- oder außerhalb deren Städten, Weigbolten und Dörfferen umfällt, ſoll der Abdecker dafür, nach des Eigeners Willkühr, entweder die Haut, oder aber 9 Schill. 4 pf. haben, mit dem Unterſchied, daß wenn ſelber die Haut bekommet, er den Botten, welcher es angiebt, befriedigen ſolle, für die Meile mit 1 Schill., wohingegen wann der Eigner die Haut behält, der Abdecker, nebſt den obgemelten 9 ß. 4 pf., für jede Meile zu genießen haben ſolle 1 Schill.“

„**2do.** Wann aber in den Städten, Weigbolten und Dörfferen das Vieh herausgeführet werden muß, ſoll der Eigner die Pferde, der Abdecker aber die Schlitten oder Karren hergeben; und ſelbem für das Aufladen auf die Karren gegeben werden 1 Schill.“

„**3tio.** An welchen Oerteren kein gewöhnlicher Abdecker-Platz obhanden iſt, ſoll der Eigner die Grube machen, und der Abdecker für das Einſcharren zu genießen haben 1 Schill.“

„**4to.** Für ein Pferd zu ſtechen 2 Schill.“

„**5to.** Von ein verrecktes Schwein, Kalb, Hund oder anderes geringeres Vieh in denen Städten, Weigbolten und Dörfferen auf die Karre zu bringen, auszufahren und, nachdem von denen Eigenern die Grube gemacht worden, einzuſcharren, ſoll dem Abdecker mehr nicht gegeben werden als 2 Schill. 4 pf.; jedoch bleibt“

„**6to.** außer denen Städten, Weigbolten und Dörfferen, denen Eigenern erlaubt, jetztgemeltes kleineres Vieh, jedoch ohnabgedeckt, ſelbſt einzuſcharren.“

„**7mo.** Für ein im Waſſer vertrunkenes Rindvieh oder Pferd aus dem Waſſer zu bringen, abzudecken und ein-

Quelle: Internet-Portal "Westfälische Geschichte" / http://www.westfaelische-geschichte.de/lit608